

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 29

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 46.

46.

Cod. XXIX.

Hoffmann autem in *Lex. Univ. T. 2. p. 789.* filium natura-
lem Alberti III. Archid. Austria, nomine Leopoldum, Vindob.
na Mathesin doctuisse, et ibidem primum hujus scientie
Professorem circa an. 1966. asserit. Adcal, qui posest, Scrip-
toris de Acad. Viennensi, geor. Eder, car. Mutatum, et Jos.
Reichenaw.

Cod. XXIX.

Charta. Fol. min. Sec. 16.

J.
2. 2.

Gregorii Hageni
vel Matthaei Eu-
jussam Chronicon
Austriæ.

Ex bibliotheca
Schwandneri

Ex Bibliotheca Cariss. D. J. G. Schwandneri austri-
aci Stadelkirchensis ad 1777. comparatus, cujus cura
titulus hic deficiens ex M. Bibliotheca Gothana
ad 1757. mutuatus est, et opus ita inscriptum: "Die
"Hoehloblichen Landts Fursten und Erzhertzogthum
"Oesterreich Anfang und Herkommen; Der Herren und
"Landtsfursten Regierung bis auf Hertzog Wilhelm
"und Hertzog Albrechten, ist beschrieben durch den
"Erbarn Gregorio Hagen im Jahr 1406."

Iste igitur Codex continet Chronicon Austria in-
ceptum a primis hujus soli incolis, et usque ad an.
reparata salutis 1598. perductum, vel a Matthæo
quodam; ut Gundelfingius scribit; vel a mox me-
morato Gregorio Hageno, quemadmodum E. J. Ern-
salom. Cyprianus contendit in Catalogo M. Biblioth.
Gothana a se typis divulgato. Sed quoniam in sex

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 29

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 47.

Cod. XXIX.

47.

aliud ejusdem Chronici austriaei exemplaribus Teutonicis
 ꝑ quorum duo in Biblioth. ces. vind., bina itidem in
 Purlaudensi et Rothensi canonis, unum in canonica Tiro-
 steinensi, et alterum in monast. P. Dominicanorum
 Viennensium videre licet; auctoris nomen ubique desidera-
 tur; non presumo hanc historiam potius Gregorio Hageno
 quam Matthaeo cuidam adjudicare. Schwanderus quidem
 opus istud potius illi, quam huic adscribit, et idem judi-
 cium imponit cl. P. Hieronymo Pezio, ita de eo in cen-
 sura, fronti codicis nostri profixa, differens: "Istud ip-
 sum ꝑ Scil. Chronicon ꝑ cl. P. Hieron. Pezium Benedictinum
 Melicenf. ex MS. codice chartaceo Praepositura Canoni-
 corum Reg. S. August. Tirosteinensis in Austria, a
 1727. primus in lucem publicam protraxit, et collectioni
 suae Script. rer. austriae. T. I. p. 1032. Sequenti sub
 titulo inseruit: Matthaei cuiusdam, vel potius Gregorii
 Hageni germanicum Austriae chronicon a condito mundo
 usque ad an. Christi 1298. perductum". At cl. Hier. Pezium
 nullibi utitur vocula potius, sed pag. 1049 profatum
 MS. ita inchoat: "Matthaei cuiusdam, vel Gregorii Ha-
 geni". et pag. 1032. eodem modo subjungit: "Jamban-
 dem Matthaei vel Gregorii Hageni nostri". cl. Jms pagg. 1043.
 et 1046. ita scribit: "Eruditorum iudicio, utri potius,
 Matthaeo scilicet cuidam, an Gregorio Hageno hoc opus
 adscribendum sit, permittere, quam temere de eo quid,
 quam pronuntiare, maluimus."

Corrigendus hic etiam est Typographus, qui hunc chronicon
 editionis Peziana usque ad an. Christi 1298 perductum esse,
 impressit, integro Saeulo omisso, ut ista ad ejus editionis
 calcem verba ꝑ columna 1158. ꝑducunt: "Darnach haben
 an zu herschen hic in dem Lande, Herzog Wilhelm und
 Herzog Albrecht, Vettern. Nach Christi Geburt dreu-
 zehen hundert in dem acht und Newzigsten Jare ist
 Juse quoque prolaudatus Pezium ait de codice a ꝑ edito.
 "Incipit is ab orbe condito, finitque in ano Christi mil-
 lesimo trecentesimo nonagesimo octavo", et opinatur
 illum exaratum post medium Saeculum Christi Deci-
 mum quartum, et quidem ab auctore quodam, qui
 vel civis Viennensis, vel certe in hac urbe comoratus fuit.
 Codex vero noster, de quo cl. Schwanderus ait: "Quam-
 vis heteroquin ad recentius, Saeculi nimirum XVI.
 initium referendus videatur, sed pretio suo nequaquam
 careat, cum plurimis Peziana editionis aut Tubis
 aut vitiosis locis restituendis emendandisve haud parum

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 29

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at -
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: manuscripta.at/?ID=27396

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER](#) - Online manuscript description (HMML)

Handschriftencensus - Eine Bestandsaufnahme der handschriftlichen Überlieferung deutschsprachiger Texte des Mittelalters:

<http://www.handschriftencensus.de/9626>